



**H**Aimericus ille uir in diuinis scripturis eruditissimus, & in philosophia nulli suo tempore secundus extitit. Itaque gymnasij Coloniensis factus est uicecancellarius. Errat is ingenio subtilis, & difficilimarum quæstionum solutor egregius. Hinc factum cum Basiliense Concilium indiceretur, ut communi Doctorum suffragio ab Vniuersitate Coloniensi eò missus fuerit. Ibi eruditione & pietate eximia præditus, breui in doctorum uiuorum amicitiam uenit. Vnde rogante magistro Nicolao de Cusa, qui postea Cardinalis creatus est, edidit Compendium quæstionum, præterea Compendium diuinorum, super Sententiarum libros,

de Esse & essentia, de Auctoritate Concilij, cum sermonibus uarijs. Claruit is sub Alberto Cæsare, & sequenti tempore, Anno millesimo quadringentesimo quadragesimo. Trit.